Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Tempore pro Symon magnus

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

27.
VII.
17.

lib. mon. augie maioris.

INCIPIT PASSIO SCORUM MARTYRUM PROCESSI ET MARTINIANI MENSE IULIO DIE SECUNDO

TEMPORE QUO SYMON MAGUS CRE
pitu interiit & impiissimus nero trucidavit be
atissimos apostolos xpi petrum & paulum a paulino
viro clarissimo magisterie potestatis. Eodem
tempore paulinus mancipavit beatissimos apos
tolos in custodia mamertini. Et veniebant ad
eos multi xpiani infirmi & curabantur ab infir
mitatibus suis. Atque alii a daemonibus obsessi li
berabantur per orationes apostolorum; Erant autem
custodientes eosdem beatissimos apostolos
milites multi; Inter quos erant duo magistri
animello principi processus & martinianus;
Hi cum vidissent mirabilia quae fiebant per be
atos apostolos suos dni ihu xpi mirari coeperunt
dicentes; Viri venerabiles nescitis quia hic im
perator nero iam in oblivione recessit a persona
vestra; Ecce enim novem menses sunt quod in custodia
estis. Rogamus itaque vos ut ambuletis ubi volue
ritis. Et tantum in huius nomine cuius vos cog
novimus facere virtutes magnas baptizate nos;
Tunc dixerunt eis beatissimi apostoli petrus
cum paulo; Vos credite ex omni corde & mente
vestra in nomine trinitatis. & vos ipsi potestis
facere quae nos facere cognovistis; Hoc audien
tes omnes qui in custodia erant. clamaverunt
unanimiter dicentes; Donate nobis aquam.
quia siti periclitamur; [illegible] autem hone bea
tissimus petrus apostolus in ipsa custodia ma
mertini dixisset [illegible] omnes. Credite in dnm
patrem omnipotentem & in dnm nrm ihm
xpm filium eius [illegible] & in spm scm. & omnia
ministra[illegible]bis. Eadem autem hora mise
ri[illegible] ad pedes apostolorum rogan
tes [illegible] haberi praeciperent. Atque beatis
simi [illegible] de custodia; Cumque
[illegible] apostolus fecisset

signo crucis in monte tarpeio in custodia ma
mertini. eadem hora emanaverunt aquae de monte;
Tunc baptizati sunt beati processus & martinianus
magistri animello principi a beato petro apos
tolo; Hoc dum audissent cuncti qui in custodia
erant. prostraverunt se ad pedes beati petri aposto
li. & baptizati sunt promiscui sexus & aetatis nu
mero quadraginta septem; Tunc obtulit pro eis
sacrificium laudis. & participati sunt omnes corpus
& sanguine dni nri ihu xpi; Tunc videntes be
ati processus & martinianus magistriani dixe
runt ad scos apostolos xpi petrum & paulum; Perg
ite quo desideratis. quia oblitus nos est disperavit
de vobis; Exeuntes autem de custodia sci apostoli
petrus & paulus. venerunt per viam quae appia non
cupatur. coeperunt pueri ire usque ad portam ap
piam; Tunc beatissimus petrus dum tibiam de
molitam haberet de conpede ferri. cecidit in fas
ciola ante sep[illegible]em sonuit [illegible]; Eodem
autem tempore venit iuxta portam appiam & vidit
dnm ihm xpm. quem cognoscens dixit ei petrus;
Dne quo pergis; & dixit romam redeo. iterum cru
cifigi; tu autem redi romam; & redit petrus romam;
Cumque rediret in mane. ecce & milites magistri
ani tenuerunt eum; Eodem quoque tempore re
nuntiatum est paulino viro clarissimo magistro
officii. eo quod processus & martinianus magis
triani xpiani effecti fuissent. misit milites
& tenuit eos. & iussit in custodia retrudi; Alia
autem die praecepit sibi eos praesentari; Qui cum ad
ducti fuissent ante conspectum paulini vi
ri clarissimi. dixit eis paulinus; Sic stulti fac
ti estis. ut deseratis deos & deas. quos invictis
simi principes colunt. & antiquitas inmado
rat. sequentes vana in audacia [illegible]
ta militiae [illegible] amittatis; Respondit martini
anus clara voce & dixit; nos modo coepimus ha
bere sacramenta militiae caelestis; Paulinus
vir clarissimus magister officii dixit; Depo
nite iam amentiam cordis vestri. & adorate
deos inmortales quos sicut a saeculis viri venera
ti estis & coluistis & nutriti estis; Beati mar
tyres processus & martinianus respondentes
una voce dixerunt; Nos xpiani facti sumus;
Dixit autem iterum ad eos paulinus vir clarissimus;
Audite me commilitones mei. & facite quae [illegible]

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg